

in Polonia poenam homicidii esse tantum pecuniariam,
Sed ex Jure Culmenfi esse poenam gladii, attamen appro-
bavit jura Prusfia antiqua, imo ANNO. 1467. per speciale
Privileg: (quod extat in Jure Municip: Prusfia) a Rege
Casimiro, abolitis aliis Juribus, solum Jus Culmenfe in
Regalia Prusfia pro lege sancitum est, communi consensu
Statuum Polon: et Prusfia, ut servetur expresse in omni-
bus causis Nobilium et Civium. Atq; certum est quod ho-
micidii voluntarii poena, sit ultimi supplicii, non solum
in veteri jure Culmenfi lib: 3 Cap: 39. idq; vetusta huc
usq; praxis docet. E contra probari nequit ab Ordine E-
questri Poloniae aut Prusfia, quod unquam publico Statuum
Prusfia consensu vel Laudo, poena homicidii ex Jure Po-
lonico (scilicet loco ultimi supplicii tantum Multa
cum Carcere) in causis Nobilium aut Ignobilium, pre-
sertim in urbibus, recepta sit pro lege, abolito in hoc
passu Jure Culmenfi. Imo recenferi possent exempla
judicatorum ac decollatorum Nobilium Polonorum,
Lithvan: et Prusforum in urbibus Prusfia, sub regimine